SG

RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XV-XVI.E S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS



La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du nouveau monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. — mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques.

C'est le no 4 de ma Bibl. Amer. Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6

puis pièces 1 à 30.

P. 1 – – Datée de 1522 }
2. – id –
3. circa 1522
4 – –
5} – –
6} Datée de 1522 }

Ces six premières pièces forment les ffts. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 – Pellechet 4090
2 (7) – 416 – 3230
3 (8) – omis – omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 – 5060 et un 4e ex.
OE XV. 351 p. 12).
4 (9) Daunou 718 – 3862
5 (10) – 465
6 (11) – 675
7 (12) – omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 p. 27 667 – 1686)
8 (13) Daunou 710
9 (14) – omis – omis
(cf. OE XV. 351 p. 22 671 – 5019)
9* (15) – omis –
(cf. OE XV. 351 p. 23 669
9** (16) – omis
(cf. OE XV. 351 p. 28 673
10 (17) – 653
11 (18) – 665
12-13 (19) – 674 Pellechet 2048
14 (20) – omis
(cf. OE XV. 351 p. 29 712
15 (21) – 461 Pellechet 4816
16 (22) – 588 – 4433
17 (23) – 590 – 2836
18 (24) – omis mais sous le n°
832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe
pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erre
19 (25) – 534
20 (26) – 792
21 (27) – 419 coté à tort [351] ?

T. S. V. P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

n° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb

n° 27.

Oratio Pacifici Maximi Asculani habita i senatu Lucensi. In uexillorum assignatione.

n On leue meis humeris onus. M. D. & amplissimi patres substinere pspicio: qui suggestum hunc & ad dicēdū/ & ad concionādum ornatissimū cōscendi: Scio enim opinioni: quā de me cōtraxistis: respondere non posse. Quę nāq; in me dicēdi copia/ quę rerū notitia/ & gestorū arguméta esse possūt: qui nuper nudus/ & peregrinus/ & nouus accessi? Mores equidem/ & leges/ & consuetudines rescire breui non potui. Volui tamen huic officio potius obsequētem me liberali: q̄ dura fronte renitentem præbere. Maluiq; temeritatis accusari/ & audacię: q̄ laboris/ & impii declinasse munus hoc uideri: Quare cum de rebus: quibus res publicę ppagent̄/ recteq; administrent̄/ & liberę consistant: dicendi cupido incesserit: complecti cuncta ut mihi difficile/ & laboriosum: sic & uobis importunū/ & tediosū foret. Cogitāti tamē quid potius pstrīgerē: occurrit uis prępotens/ & lata ubertas iustitię: qua nil sāctius/ diuiniusq; mortalibus faciles superi cōcessere: sine qua urbes/ imperia/ & hominū cętus regi/ ac tueri se non possūt. Ex hoc lympidissimo fonte oīs relligio/ pietas/ concordia/ humanitas/ amor/ & amicitia erumpūt/ Defluūt

& aliȩ uirtutes ínumerabiles: quibus res publicȩ recte / riteq; gubernantur / imperia fines extẽdũt / terminosq; suos longe defigunt / coalescunt ciui tates / concordi administratione se ciues gerunt / uirtutes præmiis afficiunť / uitia / & scelera suppli ciis cohercenť / extollunť boni / deprimunť iniq / rapinȩ / furta / ícesta seuerissime uídicantur / Relli gio / sanctitas / pax / trãquillitas / & facilitas oĩs ex ultat / bõa publica / priuataq; iugiter ícrebrescũt. Tolle hoc præclarũ munus e medio. uexanť res publicȩ / cadunt imperia / ciues auellunť / ítestina bella crudescunt / uirtutes iacẽt / crimina fouenť / boni pessundanť / dominanť mali / raptus / adul teria / & mala cuncta dissolute turpiť / & pnitiose passim fiunt. O præclarã / O rem diuinã: qua qd dignius / quid melius / quid præstantius inuesti gari possit: nõ ítelligo. Et licet oĩs ad se uirtutes alliciant / impellantq; ad eos maxime diligẽdos: in quibus elucent: hoc multo ardentius iustitia ipsa semper effecit. Quantã hȩc igiť iustitia uim habeat / & robur in rei publicæ administratione / magistratibusq; gerendis: nõ uobis opus est in dice: qui libera in ciuitate nati uirtutẽ hanc & fo uendo / & amplectendo non liberum imperium solum conseruastis / sed longe liberius / propaga tiusq; reddidistis: cũ nulla ciuitas / nullũ íperiũ / nec ulla quidem priuatorum domus deserta rel

ligione iustitiæ diuturna in libertate consistat. Hac duce Romāi/ Atheniēses: Lacedemōii. Per se/ pluresq; populi innumerabilium urbium sūma imperia adepti sunt/ tam q; diu floruere: q̄diu eam non uiolarunt. sed postq̄ iidem ab huius pietate ad libidinē defluxerunt: libertatem: quam bonus sine uita nō amittit: momento paruo perdidere/ & ĩturpem seruitutem se ipsos demersere. Non unū accæpimus in se ipsum/ suosq; duriter/ & acerrime sæuisse: ut hanc intactam/ inuiolatamq; seruaret. Charunda Tyrius cum e rure in concionem gladio accinctus ingrederetur licet per imprudentiam culpam excusare potuisset: q in legem: quam dederat/ fecisse uideretur: manu sua insenatu sibi mortem consciuit. Zaleucus munita legibus a se saluberrimis urbe locrensium: q filius adulterii damnatus pro iure constituto utroq; oculo carere deberet: ciuium primo uoluntati repugnans/ moxq; uictus unum sibi/ alterum uero filio oculum eruit. Cipus porta egressus obduo ueluti cornua capiti enata fore regem ammonitus si in urbem reuertisset: ne patriæ imperaret uoluntarium exilium sibi indixit. Taceo Brutū pariter & Torquatum: qui parentum pietati iustitiam præponentes filios cedi uirgis/ moxq; securi percuti

charunda tyrius

zaleucus

Cipus

brutus et Torquatus

ſeueriſſime iuſſerunt. Sileo Aelium prætorem q ſuo morſu in conſpectu ſenatus picũ enecauit: ꝙ priuatorum utilitatem publicę preferri nõ iuſtum putauit. Tranſeo romanos pyrrho in Italia hoſti legatos deſtinaſſe: ut a ueneno pręcaueret: ꝙ nephas exiſtimarent ueneficio non armis cum hoſtibus pugnare. Pretereo etiã phaliſcos: quorum męnia romanus cõſul expugnare non poterat: ęquitate uictos ſe ſponte romano imperio ſubdidiſſe. Afferrem ad hoc plura/fertilioraq; exẽpla: ſi nimius non uiderer/meq; etiã ad ſe patrię caritas non uocaret/ſine ſcelere quidem tam pium nomen præterire nõ poſſem: cũ nil magis caritate iuſtitię ſit enectũ. Hæc ẽ illa: quæ parentũ/affiniũ/ac liberorũ caritates amplectit̃. Hæc amicitias/ſocietates/& matrimonia cõtrahit/ciues cõciliat/magiſtratus firmat/res publicas ſeruat/diuitias/honores/& dignitates ꝓfuſiſſime elargit̃. Illi ciues/illi patres patrię merito cognominati ſunt: qui ꝓpinquos/filios/uxores/parentes/ſeq; ipſos pro patrię caritate ꝓfuderunt. Quid Brutũ compulit Tarquiniis ciuitatẽ liberare cũq; inimiciſſimo Arunte infeſtis haſtis cõcurrere? Quid Horatiũ coclitẽ hoſtiũ ĩcurſus ſubſtinere: dum pontis crura ſuccíderentur Tiberinaq; fluenta multis inſup cadentibus telis ĩſidentẽ equo tranare? Quid Decios deuota ca

pita p uictoria exponere? Quid Regulũ romanis captiuos pmutandos dissuadentẽ ad dira tormenta Carthaginensiũ redire? Ea deniq; obseruatione īnumerabiles ciuitates e uilissimis quandoq; primordiis adsummũ imperii culmẽ euasere. Hac Athenæ/ Thebæ/ Troia/ Babylon/ Carthago/ & Roma rerũ iam caput se in libera libertate collocarũt. Has tamẽ/ & plures illustres urbes discordia/ neglecta relligio/ seditio/ auaritia/ īgratitudo ī rapinas/ in incedia/ & cedes iduxere/ penitusq; euertere/ & solo ęquarunt. Quid hic externa subnectā: cum exemplo uosmet satis esse possitis? qui utranq; fortunam passi uidistis florentẽ hanc/ & liberā ciuitatẽ ob discordiā fugata caritate quādoq; subactā: cũ scelerato/ ac pdito dominatu Vguiccio fasolanus/ Mastinus scala/ & impii Pisani īuasere. Sed presto tamen reuocata caritas/ & singularis cõcordia hominũ amẽtiũ pfregit audaciā/ turpe seruitiũ reiecit/ & pristinā libertatẽ reuocauit. At qui impetum fecere plus etiam: q̃ optastis: pænę dederunt. Nõ tam ea tempestate optanda fuit libertas: q̃ nũc retinenda. Sed quid hæc? ut misera seruitus/ & ītolerabilis natet ante oculos. Solet enim iucundiorẽ libertatẽ facere seruitutis ipsa recordatio. Habetis ciuitatẽ & opibus/ & laudibus florẽtẽ/ uirtute/ constantia & uiuentium/ & antiquorum

probitate uirentem/florem Italię/ornamentum/ & dignitatis maiestatem. Hinc belli fulmen Castruccius/& bellona Matildis/ Hinc Lutius/& Alexander summi pontifices/ Hinc Anselmus/ & Zita cum Gratiano sanctissimo fratre claruere. Taceo corpora/ Taceo sanctorum miracula. Quis huic loco præferri posset: quē ex oī orbe terrarū simulachro suo sūma/& ęterna maiestas elegit. Nihil est illo beneficio/& munere illustrius/nihil magnificentius/nullūq; antiquius exēplum ueteris sanctitatis. Immortales dii optima pręsidia/ualidum/ et inuictū murorū robur/defensoresq; probos dedere: quibus diligenter inspectis efferus Narses consilium reuocauit/missaq; oppugnatione omnē exercitū auertit. Hæc etiam sæpe aliorum uersutias/ astusq; fregere. Seruate per deos oblatam occasionem/Retinete multis/magnisq; rebus singularē antiquorum ītegritatem/et animū/et uirtutē imitamini/hanc saluam cōtra omnē pestem libertatē/& imperiū defendite. nulla est laudabilior defēsio. Pulchrius est cū laude cadere: q̄ cū ignominia seruire. Nihil est turpius dedecore/nil sordidius/fędiusq; seruitute. Decet ad decus/et libertatem natos aut libere uiuere/aut cum dignitate mori. Sed dicat quis quorsum hæc omnis oratio/quid nos exquisitis/ et luculentis uerbis hortaris? Satis

Narses

tacite obsectam

enim ſponte ſumus incitati/ et noſtro conſilio cõfirmati/ nec cuiuſq̃ præceptis/ conſiliiſq; egemus. Scio patres ampliſſimi nõ conſilio/ nõ hortatione opus eſſe/ ſed gratulatione magis. Gratulor profecto huic fælicitati/ et glorię/ magnam capio uoluptatẽ/ ſuũ et auidior: q̃ ſatis eſt: huius ęterni nominis. Laudo uos/ laudo. Scitote: quicquid attigi: a uera caritate profectum. Feci ut dicitur currentẽ incitaui. Feci ut optimus imperator: qui licet ſtructas acies ad præliandũ paratiſſimas uideat: omnes tamẽ hortar̃. Legimuſ Atridas regum reges ſæpe conſiliis ſuiſ aliquem Neſtorem adhibuiſſe. Nec ab hortatione deſiſtam/ incumbite ut facitis labore/ uigiliis/ conſilio/ autoritate. Vnũ omnes ſentiatis/ ſtudeatiſ unũ omnes/ libertatẽ omnes amate/ retinete/ uincite: ad quã uos tanq̃ ad hereditatẽ maiores ueſtri uocauerunt. Ad uos me uerto: qui magiſtratu nuper eſtis functi/ omniũq; ore maximas gratias ago/ et habere debeo: qui ſtatum rei pu. beneſirmũ ſummo ĩgenio/ ſingulari probitate/ conſtantia/ et opera firmiorem reddidiſtis/ quiq; ardentiſſimo amore/ ſtudio/ cura/ et ſolertia quicquid addi potuit: accumulaſtis/ nec ad tempus ſolũ utilitatem peperiſtis / ſed etiam adexemplum. Vos nunc inituros: ut uector ſummos gubernatores: moneo: q̃q̃ conſilio: quo ualetis plurimũ:

nõ egetis. Libertas agitr̃. Quãuis ardẽtis. & erec tos hortor. Hæc arma/ hæc signa: quę uobis tra dunt̃: oẽ ius habẽt & potestatis/ & imperii. Intel ligite ĩ uobis poni omnẽ rẽ pu. nõ tuẽdam mo do/ sed amplificãdam. Proposui claros uiros: quorũ exempla: quid fieri deceat: edocent. Te nete liberã ciuitatẽ/ metu & periculo liberate/ ui gilate/ circũspicite a tergo/ fronte/ latere. Cogita te/ enitimini/ nihil pretermittite: quod ad liberta tem attinet. Alii possunt seruire. Lucensium est proprium dominari.

Finis.

Pacifici Maximi. As. carmẽ oratiõi subiũctũ.

u Aticinor. totũ spirãt mea pectora phębũ.
Et sunt diuini quę cano uerba dei.
Ite triumphales animo data signa sereno
Sumite per nullos interitura dies.
Vt sua iura dedit bissenis iuppiter astris/
Sic hæc bissenis dat sua/ luca uiris.
Aeterno imperio cęlum stelleq; reguntur.
Cum cęlo/ & stellis lucaq; semper erit.
Si cęlum/ si terra cadet: tamẽ ipsa manebit.
Non ullo imperii tempore finis erit.
Finis

Magnifici Ludovici de Grimaldis est hic liber

